Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37150
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Illos pulsare negligit. quos iure quieto. possidere se sentit. Item quod videtur impugnacio. potius est defensio. sic in paulo. impugnacio castitatis. erat defensio humilitatis. primo Cor. xij capitulo Ne magnitudo reuelacionum extollat me datus est michi stimulus carnis mee.

// Item aliqui desperant quia de dei misericordia. quia frequenter cadunt in peccatum vel recidiuant. sed illi debent cogitare. quod misericordia dei plus potest ad releuandum. quam fragilitas humana ad cadendum. ffrequens casus. ad humilitatem valet quodamodo. et quia humilitas fortificat. sic superbia debilitat. superbus de se presumit. ideo cadit. humilis in deo confidit. ideo vincit. petrus cecidit quia pre ceteris presumpsit Item dicit. fides tua te saluam fecit